



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita VIII. Castitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55155)

nitas exigat , præter salutationem
quicquam dicam.

6. Nunquam solus cum muliere
sexu, cum ancillis, &c. agam, nisi ne-
cessitas, aut charitas requirât: & tunc
Audebo habere meorum sermonum
testem Angelum, vel hominem.

7. Turpia prorsus nunquam dicam
legam, vel audiam; nec minus civilitatem
quam quæ solent alij liberius effundere.
audiam monebo vt taceant, vel discant.

8. Nunquam peius aliquid, aut de
tractorium, aut contemptorium de
adolescentibus, Magistris, omnibusque
reliquis eloquar.

9. Nunquam enarrabo illa, quæ ab
mei laudem faciunt, aut ad aliorum
vituperium.

MARGARITA VIII.

CASTITAS.

Actus.

1. **N**unquam turpiori cogitatione
inhærebo, sed si quædo occurrerit,
mox in mare passionis Christi
demergam, hanc recogitando.

2. Oculos diligentissime domi, for-
tilq; & in templo custodiã, 3. Li-

3. Libros turpes, aut fabulas inhonestas, vel etiam historias aut cantiones similes, nunquam legam, nunquam audiam.

4. Inhonestas, ac inuerecundas imagines nunquam intuebor: si meae sint sub potestate, dilacerabo, delebo vel comburam.

5. Nunquam nudam aliquam corporis mei partem, vel aliorum, nec pectus quidem, curiosius inspiciam, aut tangam.

6. Nunquam sine indusio dormiam, aut non coopertus; & dormiturus brachia in modum crucis pectori anteponam.

7. Tangi me nudum, aut ab alijs videri haud patiar.

8. Nunquam agam cum aliquo, in quo turpitudinis aliquid aduertero.

9. Nunquam remotis arbitris agam cura puellis, virginibus, aut mulieribus, nec ijs loquar solus.

10. Nunquam ab aliqua illarum, munus mihi oblatum, familiaritatis causa in eundem accipiam.

11. Abstinebo ab omni vino vberiori

riori

riori: etiam à quouis alio potu, quantum potero, similiter à cibo abundantiori. Dicitur enim: Ne olla efferuecat, subtrahere ligna foco.

12. Si ad inhonestum quid cogeras, memor veteris Iosephi, & S. Thomæ Aquinatis, aut fugiam, aut vim repellam, aut potius mortem patiar, quam quid inuerecundi admittam.

13. Ut eò amplius B. Virgini matri meæ placeam, & ut cum eâ sequar. Magnam quocumque ierit, &c. castus semper, & Virgo permanebo corde, ore, & opere, quoad Deus me ad aliquem statum vocauerit.

14. Ad castitatem consequendam sæpius utar corporis afflictionibus, castitio, disciplinis, &c.

15. Ad eundem finem Deum sæpius orabo, eosque Sanctos colam, vel maximè, qui Virgines extiterunt.

MARGARITA IX.

OBEDIENTIA

1. **P**arentum, Præceptorum, Confessoriorumque voces, ut Dei dictum sequar in omnire.